



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Nucleus Juris Canonici**

**Thenhaven, Bernhard**

**Coloniæ Agrippinæ, 1739**

XXV. De Clerico percussore. D. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

„puberis multa pecuniaria à patre exigatur; & Lege Civili nunquam pater tenetur de suis ad pœnam pecuniariam pro delicto filii etiam puberis, quia nemo alienæ culpæ fit succedaneus, nec pater pro filio conveniendus, sed culpa suum tenet auctorem. Ita *Leur. h. t. q. 389.*

## TITUL. XXIV. XXV. &amp; XXVI.

*De Clerico Venatore; de Clerico Percussore; & de Maledicis.*

**I. H. T. 24.** statuitur c. 1. „Episcopum, „Presbyterum aut Diaconum canes, aut accipitres, aut hujusmodi ad vendandum habere non licet; quòd si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à Communione; si Presbyter, duobus; si Diaconus, ab omni officio suspendatur. Et c. 2. Omnibus servis Dei, i. e. Clericis, ut Venationes & sylvaticas vagationes cum canibus, aut accipitres & ut falcones non habeant, interdicitur. Unde Clericis non prohibetur venatio modesta cum paucis canibus recreationis vel utilitatis gratiâ, (ut nec piscatio, quam Apostoli etiam post conversionem exercuerunt) sed venatio frequens & clamosa, quæ statum  
Cle-